



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Petrus Damianus. Vsus Officii Mariani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. PETRUS DAMIANUS.

Usus Officii Mariani.

Deus, qui adnitente B. PETRO DAMIANO, Horarias Deiparæ preces decantari in quam plurimis ecclesiis voluisti; da nobis easdem, pari animi reverentia, & fructu piæ religionis, frequenter usurpare.

Ora pro cultoribus B. Mariae,



Ordinis S. Crucis Fontis Avellanæ primum eremitorium, sub propriis summi rigoris & paupertatis institutis initio seculi XI erectum, ingressus PETRVS DAMIANVS, eruditione ac sanctitate insignis ipsum cum aliis pluribus inde propagatum regere Prior cœpit ante annum 1044. Hoc cum laude agens, Gregorio VI innotuit, & successoribus ejus, ad negotia maxime adtractum ab Eremo, Episcopum Ostiensem & Cardinalem nominavit 1058. Benedicto & Honorio Antipapis fortissime resistit. Ab Alexandro II Legatus trans Alpes missus, primum ad Cluniacenses Monachos Archiepiscopos Galliæ est, deinde ad Henricum Germaniæ Regem; cuius maritima Agneti Imperatrici sic placuit, ut Confessorius optatus fuerit. Simili legatione ad Florentinos & Ravennates perfunctus, Ferrariæ obiit 1072: ubi in novam arcam translatum fuit corpus 1354. Habentur eius lucubrationes insignes, & Vita à S. Joanne Laudensi, comite individuo scripta: Ecclesia quoq; ei debet valde propagatum usque Officii Mariani. *Non recedat laus (Mariæ) de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini. Judith. 13.*